



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 11. S. Scholastica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

buic animam, quam abstulisti. Vix ora- Sæculum VI.  
tionem absolvit, cum videntibus cunctis A.C. 542.  
infantis corpus contremuit. S. Benedi-  
ctus puerum manu apprehendit, vivum-  
que & sanum reddidit Patri suo.

§. XI.  
*S. Scholastica.*

Sancto Benedicto Soror erat nomine  
Scholastica, quæ a teneris annis to-  
tam se Deo consecraverat, & tunc in Mo-  
nasterio haud procul a Fratre degebat.  
Ea solebat ad fratrem semel in anno invi-  
fere, quam ipse in quodam loco prope  
Monasterii sui januam recipiebat. Cum  
igitur quadam die cum Discipulis suis  
illo venisset, atque inter Laudes Divinas  
ac sacra colloquia dies esset exacta, cum  
Sorore cœnavit. Necdum remota mensa  
& appetente nocte dixit Scholastica: *rogo*  
*te, ne me bac nocte deseras, sed de Cœlesti-*  
*bus Gaudiis usque mane colloquamur.* Be-  
nictus respondit: *quid ais? Soror mea!*  
*extra cellam manere nullatenus possum.*

Erat

erwartete. Zugleich erhellte es, wie unverschämmt  
der Ueberseizer den Heil. Benedictus kritisire im vo-  
rigen Buch und 13. Abschnitt, als wenn er den jun-  
gen Placidus schlecht belehret hätte. Allein dieser  
Mensch hatte sich einmal vorgesetzet, in seiner Ver-  
sion die heiligsten Männer der Katholischen Kirche  
einen nach dem andern zu beschimpfen.

Sæculum VI. Erat vero magna Cœli serenitas. Tunc  
A.C. 542. S. Scholastica in mensam inclinata & jun-

ctis manibus caput circumdans cum la-  
crys mis oravit ad Deum. Cumque Ca-  
put levaret, simul micare fulgura, toni-  
trua audiri, & imber maximus ruere, ita  
ut nec S. Benedictus nec fratres, qui ade-  
rant, pedem extra limen domus efferre  
potuerint. Ergo S. Benedictus invitus  
mansit, & noctis tempus cum sorore de  
rebus spiritualibus colloquendo fefellit.  
Altera die ad Cellas suas redierunt. At  
ecce! elapso triduo S. Benedictus in Mo-  
nasterio suo degens levatis oculis vidit  
Sororis suæ Animam in Columbæ specie  
Cœlum penetrare, & tantæ ejus Gloriæ  
congaudens Gratias Deo egit, mortem  
ipsius fratribus denunciavit, misitque,  
qui defunctæ Corpus ad Monasterium af-  
ferrent, in sepulchro, quod sibi ipsi præ-  
paraverat, deponendum, *ut eorum Corpora*,  
*inquit S. Gregorius, nec mors separat,*  
*quorum mens una semper in Deo fuerat.*

6. 34.

## §. XII.

## S. Benedicti obitus.

6. 37.

Sanctus Benedictus Sorori haud diu su-  
perstes fuit. Eodem quo mortuus  
est anno obitum suum quibusdam fratri-  
bus cum ipso versantibus prædictit, man-  
davitque, ut eam rem secretam tenerent.  
Aliis procul inde existentibus indicavit  
signa,